

107. 27.

Nachricht

über das

Königliche Pädagogium zu Halle.

Herausgegeben

von

Dr. G. Kramer,

Director des Königlichen Pädagogiums und der Frandschen Stiftungen.

Einunddreißigste Fortsetzung.

Inhalt:

- I. Servii grammatici in Vergilii Georg. lib. I, 1—100 Commentarius. Ed. Dr. Thilo.
- II. Schulnachrichten über das Königliche Pädagogium, vom Director.

Halle,

Druck der Waisenhaus-Buchdruckerei.

1866.



gha
13 (1866)

Vaticanus 3317 (*V*) in membranis formae maximae saeculo undecimo litteris quae Longobardicae dicuntur scriptus. continet fol. 1—26 commentarium in Bucolica, fol. 27—86 in Georgica, fol. 87—89 in Aen. I 1—35. Servianis scholiis in Georgicon libris ea addita sunt, quae Philargyrio tribuuntur, quae ex hoc codice primus edidit Fulvius Ursinus anno 1587.

Leidensis 80 (*L*) vel Vossianus hist. et litt. in octavo 80, membranaeus saeculi decimi, Lemovicensis Danielis. continet commentarios in Ecl. IV—X et Georg. I 1—279. fol. 76 v. (50 *Praecipitemque Daren ardens*)—79 v. (83 *INARATAE non satae, unde est illud*) situ aliisque sordibus corrupta sunt. atque ea quidem quae fol. 77 v. (58 *ferrum unde abusive*)—79 r (74 *LEGUMEN legumen dicitur*) scripta erant iam eo tempore quo Daniel hoc codice usus est perierant omnia. in reliquis paginis ille non nulla legit quae postea evanuerunt: ea ex editione anni 1600 repetii et uncinis quadratis inclusi.

Reginensis 1495 (*R*) in 125 membranis formae quadratae scriptus. fol. 85—125, quae commentarios in Bucolica et Georg. I 1—375 continent, saeculi decimi sunt. huius codicis scripturam in Servianis nisi paucis locis, ubi operae pretium videbatur, non adnotavi, ea autem quae praeter Servii scholia habet accurate exscripsi.

Parisinus 7965 (*H*) chartaceus, saeculo quinto decimo scriptus. continet Servii commentarios in Bucolicon Georgicon Aeneidos libros. hunc quoque codicem non propter Servium inspexi, sed propter ea quae Servianis scholiis aut immixta sunt aut in margine addita ab alia manu, quam secundam dixi. eorum maxima pars e Reginensi 1495 et Vaticano 3317 petita est.

Ceterum de his libris copiosius dixi in commentatione quae inscripta est 'Beitrag zur Kritik der Scholiasten des Vergilius', et novi Musei Rhenani volumini XIV. (p. 535 sqq.) inserta.

G. Thilo.

*) Lemovicensis in septem posteriores folios et Georgicon librum primum usque ad versum ducentessimum septagesimum octavum; Ecl. I in septem Georgicon et Aeneidos; Aristides in omnia Aeneidos; Taronensis in totos eiusdem locos; Fulderensis in primum et secundum Aeneidos.